



Obra protegida por direitos de autor

Coimbra

# OFFICIVM Hebdomadæ Sanctæ.

secundum consuetudinem  
sancte Romane ecclesie.

a Dominica oliuarum usq; ad  
diem Pasche.

44925



CONIMBRICÆ.

Aud Ioannem Barrerium.

1562. 8812

# Dominica

**D**OMINICA PALMARVM  
tertia & sexta aliquito maturius  
solito decantata: seu aliter dicta:  
& oliuarum ramulculis super alta-  
re preparatis: sacerdos induit<sup>9</sup> plu-  
viali albo, vna cū ministris, & cero-  
ferarijs, e sacrario procedit, & cū ad  
altare peruenierit aīam intonat.

**A**sperges me dñe. Finitaq; asp̄siōe  
aqua benedictæ more solito: mox  
subsequens aīa à choro decantatus.



**H**osanna filio Da-  
uid: benedict<sup>9</sup>  
qui venit in nomi-  
ne dñi: o rex israel  
hosana in excelsis.  
**Qua** decantata sa-  
cerdos dicit. Dñs  
vobiscū. **Rei.** Et cū  
spū tuo. **Oremus.**

**H**ec oratio in tono orationum  
missarum cantatur. **Oratio.**

**D**eus quē diligere, & amare,  
iustitia est: ineffabilis gra-  
tia tua dona in nobis mul-  
tiplica: & qui fecisti nos in morte  
fini tui sperare, quæ credimus: fac  
nos eccl̄em resurgentē peruenire,

quo tendimus. Qui tecum vivit &  
regnat in unitate eiusdem spiritus  
sancti Deus. Per omnia secula.

*Subscripta lectio citatur in tono  
epistole ferialis à subdiacono.*

Lectio libri. Exodi.

**I**N diebus illis : Venerunt filii Is-  
rael in Elim: ubi erant duodecim  
fontes aquarū, & septuaginta pal-  
mæ: & castramentati sunt iuxta a-  
quas. Profectique sunt de Elim: &  
venit omnis multitudo filiorū Isra-  
el in desertum Sin: quod est inter  
Elim & Sinai: quintodecimo die  
mensis secundi: postquam egressi  
sunt de terra Aegypti. Et murmu-  
rauit omnis congregatio filiorum  
Israel contra Moysen & Aaron in  
solitudine: dixeruntque ad eos filij  
Israel. Utinam mortui essemus per  
manum dñi in terra Aegypti: quan-  
do sedebamus super ollas carni-  
cum: & comedebamus panem in sa-  
turitate? Cur induxitis nos in de-  
sertum istud: ut occideretis om-  
nem multitūinem famem? Dixit  
autem dominus ad Moysem. Ecce

A ij

# dominica

ego pluam vobis panē de cœlo.  
Egrediatur popul⁹, & colligat quę  
sufficiunt per singulos dies: ut té-  
tem eum: vtrum ambulet in lege  
mea an non. Die autem sexto pa-  
rent quod inferant: & sit duplum  
quam colligere solebant per singu-  
los dies. Dixeruntq; Moyses & Aa-  
ron ad omnes filios Israël, Vespere  
scietis quod domin⁹ eduxerit vos  
de terra Egypti: & mane videbitis  
gloriā eius. **Deinde cantatur per**  
**gradua.** **Resp.** Collegerunt ponti-  
fices & pharisei concilium: & dice-  
bant: quid facimus, quia hic homo  
multa signa facit: si dimittimus eū  
sic, omnes credent in eum: Ne for-  
te veniant Romani, & tollant no-  
strum locum & gentē. **Ver.** Unus  
autē ex illis Cayphas nomine, cum  
esset pontifex anni illius prophe-  
tauit, dicens: xpedit vobis: vt vñ⁹  
homo moriatur pro populo, & nō  
tota gens pereat. Ab illo ergo die  
cogitauerunt interficere eum di-  
centes. **Ne for.** **Vel alii.** **Resp.** In  
monte oliueti oraui ad patrem: pa-  
ter si fieri potest, transeat à me ca-

lxix iste. Spiritus quidē promptus  
est: caro autem infirma: fiat volū-  
tas tua. **Vers.** Vigilate & orate:  
vt non intretis in tentationem.  
Spiritus quidem, Postea cantatur  
euangelium in tono quadragesima-  
li, sine luminalibus & incenso.  
Sequentia sancti euangelij secun-  
dum Matthēum,

**I**n illo tempore: Cum appropin-  
quasset Iesus hierosolymis: & ve-  
niisset Bethphage ad montem oli-  
ueti: tunc misit duos discipulos su-  
os, dices eis. Ite in castellum quod  
cōtra vos est: & statim inuenietis  
asinam alligatam & pullum cum  
ea: soluite & adducite mihi. Et si  
quis vobis aliquid dixerit: dicite  
quia dominus his opus habet: &  
confestim dimittet eos. Hoc autē  
totum factum est: vt adimplere-  
tur quod dicitur est per Prophetā  
dicente[m]. Dicite filiæ Sion: ecce  
rex tuus venit tibi mansuetus: se-  
dens super asinam & pullum: filiū  
subingalis. Euntes autem discipuli  
fecerunt sicut prēceperat illis, Ie-  
sus. Et adduxerunt asinam & pul-  
lum.

A iiij

## Dom:inica

nam: & imposuerunt supereos ve-  
stimenta sua : & eum defuper sedere  
fecerunt. Plurima autē turba stra-  
uerunt vestimenta sua in via. Alij  
autem cędebat ramos de arbori-  
bus & sternebant in via. Turbe au-  
tem, quæ præcedebant, & quæ se-  
quebantur, clamabant dicentes.  
**O**lanna filio Dauid : benedict⁹ qui  
venit in nomine domini. **D**einde  
oliuarū rami benedicuntur. **T**unc  
sacerdos dicit. Dominus vobiscū.  
Et non vertit se ad chorū ut sit  
in missa. **O**remus.

**A**vge fidē in te sperantiū Deus:  
& supplicum preces clemēter  
exaudi: vt veniat super nos mul-  
tiplex misericordia tua. Bene +di-  
cantur & hi palmites oliuarū: & si-  
cut in figura ecclesiæ multiplicasti  
Noe egrediētem de arca: & Moy-  
sen exeunte de Ægypto cù filiis Iſ-  
rael, ica & nos portantes palmas &  
ramos oliuarū, bonis actib⁹ occur-  
ramus obuiā Christo: & periplum  
in gaudium introeamus eternum.  
Qui tecum viuit & regnat in vni-  
tate ſpiritus sancti Deus.

Hic mutat vocem in tono præfationis ferialis. Per omnia secula seculorum. Resp. Amé. Ver. Dñs vobiscum. Ref. Et cū spiritu tuo. Ver. Sursum corda. Rel. Habemus ad dominum. Vers. Gratias agamus domino Deo nostro. Ref. Dignum & iustum est. Ver. Vere dignum & iustum est: equum & salutare: nos tibi semper & ubique gratias agere, domine sancte, pater omnipotens, eterne Deus: qui gloriaris in consilio sanctorum tuorum: tibi enim seruiunt creaturæ tue: quia te solum auctore, & Deum cognoscunt. Et omnis facturā tua te collaudat: & benedicūt te sancti tui. Quia illud magnū vnigeniti tui nomē corā regibus & potestatibus huius seculi, libera voce cōfidentur. Cui assistūt angeli & archangeli: throni & dominationes. Cūque omni militia cœlestis exercitus: hymnū glorię tuę concinūt: sine fine dicētes. Cantatur a choro in tono feriali. Sanctus, Sanctus, Sanctus, domin⁹ Deus fabaoth. Pleni sunt cœli & terra gloria tua, osanna in excelsis.

A iiiij

# Dominica

Benedict⁹ qui venit in nomine domini, osanna in excelsis. Deinde. **Ve⁹** Dominus vobiscum. **Ref.** Et cum spiritu tuo. **Oremus.**

**P**Etimus domine sancte pater omnipotens: eterni Deus: ut hanc creaturam oliuæ, quam ex ligno materia prodire iussisti: quiaque columba redies ad arcam proprio pertulit ore: bene dicere: & sancti filiare digneris: ut quicunque ex ea acceperint: accipient sibi ad protectionem animæ & corporis: fiatque domine nostræ salutis remedium: tuque gratiæ sacramentum. Per Christum dominum nostrum. **Ref.** Amen. **Oremus.**

**D**eus qui dispersa congregas, & congregata conservas: qui populis obuiâ Iesu ramos portatib⁹ bñdixisti: bene dic etiam & hos ramos palmæ & oliuæ: quos tui famuli ad honoré nominis tui fideliter suscipiunt: ut in quemcunque locum introducti fuerit: tuam benedictionem habitatores loci illius consequantur: & omni aduersitate effugata: dextera tua

protegat: quos redemit Iesus Christus filius tuus domin⁹ noster: qui tecum vivit & regnat in unitate spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. Ref. Amé. Oremus.

**D**eus qui miro dispositionis ordine: ex rebus etiam insensibilibus dispensationem nostræ salutis ostendere voluisti: da quæsum⁹: ut deuota tuorum turma fidelium salubriter intelligat: quicquid mystice designatur in facto: quæ hodie cœlesti lumine afflata: & redemptori obuiam procedens: palmarum atque oliuarum ramos vestigijs eius substravit. Palmarum ergo rami, de mortis principe triumphos expectant: surculi vero oliuarum: spiritualemunctionem aduenisse quodammodo clamat. Intellixit enim iam tunc illa beata hominum multitudo præfigurari: quia redemptor noster humanis condolens miserijs, pro totius mundi vita, cum mortis principe esset pugnaturus: ac moriendo triumphatus. Et ideo talia obsequies administrauit: quæ in illo, & triumphos victoriae: &

apud vos in templo docens, & non  
me tenuistis. Sed ut impleatur scri-  
pturæ. Tūc discipuli eius relinquē-  
tes eum omnes fugerūt. Adolescēs  
autē quidam sequēbatur eum ami-  
ctus syndone super nudo, & tenuē-  
rūt eū. At ille reiecta sindone, nu-  
dus profugit ab eis. Et adduxerunt  
Iesuī ad summū sacerdotē, & cō-  
uenerūt omnes sacerdotes & scri-  
bæ & séniores. Petrus autem a lō-  
ge secutus est eum usq; intrò in a-  
trium summi sacêrdotis & sedebat  
cum ministris ad ignē, & calefaci-  
ebat se. Nummi vero sacerdotes &  
omne conciliū quarebant aduer-  
sus Iesum testimoniū, vt eum mor-  
ti traderent, nec inueniebat. Multi  
autē & testimonium falsum dice-  
bant aduersus eum: & cōuenientia  
testimonia non erant. Et quidam  
surgentēs: falsum testimonium fe-  
rebant aduersus eū, dicentes. Quo-  
niam nos audiuimus eum, dicentē.  
Ego dissoluām templum hoc ma-  
nufactum: & post triduū aliud non  
manufactum ædificabo. Et nō erat  
cōueniēs testimonium illorum.

# Passio

Et exurgens summus sacerdos in  
medium interrogauit Iesum dicēs.  
Non respondes quicquam ad ea  
quæ tibi cibiciuntur ab his? ille au-  
tem tacebat, & nihil respondit.  
Rursum summus sacerdos inter-  
rogabat eū, & dixit ei. Tu es Chri-  
stus filius Dei benedicti? Iesus au-  
tem dixit illi. Ego sum. Et vide-  
bitis filium hominis sedentem à  
dextris virtutis: & venientem cum  
nubibus cœli. Summus autem sa-  
cerdos scindens vestimenta sua ait.  
Quid adhuc desideramus testes?  
Auditis blasphemiam. Quid vo-  
bis videtur? Qui omnes condem-  
nauerunt eum esse reum mortis.  
Et caperunt quidam cōspicere eū,  
& velare faciem eius, & colaphis  
eum cædere, & dicere ei, prophe-  
tiza. Et ministri alapis eum ca-  
debant. Et cum esset Petrus in atrio  
deorsum, venit vna ex ancillis su-  
mi sacerdotis, Et cum vidi esset Pe-  
trum calefacientem se, aspiciens  
illum ait. Et tu cum Iesu Nazare-  
no eras. At ille negavit dicens.  
Neque scio, neque noui quid di-

cas. Et exiit foras ante atrium: & gallus cātavit. Rursus autem cum vidiisset illū alia ancilla, cepit dicere circumstantibus. Quia hic ex illis est. At ille iterum negauit. Et post posillum rursus qui astabant, dicebant Petro. Verē ex illic es, nam & Galilæus es. Ille autem cāpit arathematizare & iurare, Quia nescio hominem istum quem dicitis. Et statim gallus iterum cantauit. Et recordatus est Petrus verbi quod dixerat ei Iesus, Priusquam gallus cantetbis, ter me negabis. Et cāpit fere. Et confess̄ in mane consilium facientes summi sacerdotes cum senioribus & scribis & vniuerso cōcilio, vincientes Iesum, duxerunt & tradiderunt Pilato. Et interrogauit eum Pilatus. Tu es Rex Iudæorum? At illi. Tu dicis. Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. Pilatus autem rusum interrogauit eū dicens. Nō respōdes quicquam: vide in quātis te accusant. Iesus autem amplius nihil respondit, ita ut miraretur Pilatus.

# Pässio

Per diem autem festum solebat di-  
mittere illis vnum ex vincitIs qué-  
cunque petiſſent. Erat autem qui  
dicebatur Barrabas, qui cum sedi-  
tiosis erat vincitus, qu. in seditione  
fecerat homicidium. Et cū ascen-  
disset turba, cepit rogare, sicut sem  
per faciebat illis. Pilatus autē reſ-  
pondit eis, & dixit. Vultis dimittā  
vobis regē Iudæorū? Sciebat enim  
quod per inuidiam tradidissent eū  
summi ſacerdotes. Pontifices autē  
cōcitauerūt turbam, vt magis Bar-  
rabam dimitteret eis. Pilatus autē  
respondens, ait illis. Quid ergo v. l  
tis faciam regi Iudæorū? At illi ite-  
rum clamauerunt. Crucifige eum.  
Pilatus vero dicebat illis. Quid enī  
mali fecit? At illi magis clamabāt.  
Crucifige eum. Pilatus autem vo-  
lens populo ſatisfacere dimiſit illis  
Barrabā & tradidit Iefum flagellis  
cæſum, vt crucifigeretur. Milites  
autem duxerunt eum in atriu pre-  
torij: & cōuocant totam cohortē,  
& induunt eum purpura, & impo-  
nūt ei plectentes spineam coronā.  
Et cæperūt ſalutare eum. Aue rex

Iudæorum. Et percutiebant caput eius arundine, & cōspuebant eum: & ponentes genua, adorabant eū. Et postquam illusserunt ei, exuerūt illum purpura, & induerunt eū vestimentis suis: & educunt illum ut crucifigerent eum. Et angariauerunt prætereunte quempia Simonē Cyreneum veniente de villa, patrē Alexandri & Rifi, ut tolleret crucē eius. Et perducunt illum in Golgotha locum, quod est interpretatum, Caluarię locus. Et dabat ei bibere myrratū vinum: & nō accepit. Et crucifigentes eū, diuiserunt vestimenta eius, mitrentes sortem super eis, quis quid tolleret. Erat autem hora tertia, & crucifixerūt eum. Et erat titulus causæ eius inscriptus. Rex Iudeorum. Et cum eo crucifigunt duos latrones, unum a dextris, & aliū a sinistris. Et impleta est scriptura quæ dicit. Et cum inquis reputatus est. Et prætereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes. Vah qui destruis templum dei, & in tribus diebus reædificas. Saluū fac temet

# Passio

ipsum descendes de cruce. Similiter  
& summi sacerdotes illudentes, ad  
alterutrum cum scribis dicebant.  
Alios saluos fecit, seipsum non poterat  
saluum facere. Christus rex Israel  
descendat nunc de cruce, ut videamus &  
credamus. Et qui cum eo crucifixi erant, conuictabantur ei. Et facta  
esta hora sexta tenebræ factæ sunt  
per totam terram usque in horam nonam.  
Et hora nona exclamauit Iesus voce magna dicens. Eloi, Eloi, lama-  
zabathani. Quod est interpretatum  
Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Et quidam de circum-  
stantibus audientes, dicebant. Ecce  
Eliam vocat. Curreris autem unus  
& implens spongiam aceto, circum-  
ponensque calamo, potum dabat ei,  
dicens. Sinite videamus si veniat  
Elias ad deponendum eum. Iesus au-  
tem emissâ voce magna expirauit.  
Et velum templi scilicet est in duo, à  
summo usque deorsum. Videns autem  
Centurio qui ex aduerso stabat,  
quia sic clamans expirasset: ait. Ve-  
re hic homo filius dei erat. Erat autem  
et mulieres de lôge aspiciëtes,

inter quas erat Maria Magdalene,  
 & Maria Iacobi minoris, & Ioseph  
 mater, & Salome: & cum esset in  
 Galilæa, sequebantur eum, & mi-  
 nistrabant ei, & alię multę quę si-  
 mul cū eo ascéderat Hierosoly mā.

Euangelium.

**E**T cum iam sero esset factū (quia  
 erat parasceue, quod est ante  
 sabbatum) venit Ioseph ab Arima-  
 thęa nobilis decurio, qui & ipse  
 erat expectans regnum Dei. Et au-  
 dactor introiuit ad Pilatum & pe-  
 tinet corpus Iesu. Pilatus autem mi-  
 rabatur si iam obiisset. Et accersito  
 Centurione, interrogauit eum si  
 iam mortuus esset. Et cum cogno-  
 visset à Centurione: donavit cor-  
 pus Ioseph. Ioseph autem merca-  
 tus sindonem, & deponens eum in  
 inuoluit sindone, & posuit eum in  
 monumēto quod erat excisum de  
 petra, & aduoluit lapidem ad ostiū  
 monumenti.

Die Mercurij.

**Passio dñi nostri Iesu Christi**  
**secundum Lucam.**

**Cap. xxij.**

# Pafſio



In illo tempore. Appropinquabat dies festus azimoru, qui dicitur pascha: & quærebât prícipes sacerdotum & scribae quomodo eum interficerent: timebat vero plebē, Intravit autē satanas in Iudā qui cognominabatur Iscariotes, vnu de duodeci: & abiit & locutus est cū principib⁹ sacerdotū & magistratibus quemadmodum illum traderet eis. Et gauisi sunt, & paeti sunt pecuniam illi dare. Et spopondit. Et quærebat opportunitatem vt traderet illū sine turbis. Venit autē dies azimorum, in qua necesse erat occidi pascha. Et misit Petrum & Ioannem dicens. Eūtes parate nobis pascha, vt māducemus. At illi dixerunt. Vbi vis paremus? Et dixit ad eos. Ecce intrœūtibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo amphorā aquæ portās: sequimini eum in domum in quam intrat, & dicetis patri familias domus. Dicit tibi magister.

Inimici eius terram ligent.

**R**eges Tharsis & insulæ munera offerent, reges Arabum & Sabba dona adducent.

**E**t adorabunt eum omnes reges, omnes gentes seruient ei.

**Q**uia liberabit pauperem à potentibus & pauperem cui non erat adiutor.

**P**arcet pauperi, & inopis & animas pauperum saluas faciet.

**E**x usuris & iniurie redimet animas eorum, & honorabile nomen eorum coram illo.

**E**t vivet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipso semper, tota die benedicent ei.

**E**t erit firmamentum in terra in summis montibus super exolleatur super Libanum fructus eius, & florebunt de ciuitate sicut fœnum terre.

**S**it nomen eius benedictum in secula, ante solem permanet nomen eius.

**E**t benedicentur in ipso omnes tribus terræ omnes gentes magnificabunt eum.

**B**enedictus dominus Deus Israeli qui facit mirabilia solas.

**E**t benedictum nomen maiestatis eius in æternum, & replebitur ma-

D v

## Die Mercurij,

**i**estate eius omnis terra fiat: fiat.  
**A**na. Liberauit dominus pauperem a  
potente: & inope, cui non erat ad-  
iutor. **A**na. Cogitaueunt impij, &  
locuti sunt nequitiam: iniquitate  
in excelso locuti sunt. **P**salmus.

**V**am bonus Israël deus/his qui  
recto sunt corde.

**M**ei autem penè moti sunt pedes:  
penè effusi sunt gressus mei.

**Q**uia zelaui super iniquos & pacem  
peccatorum videns.

**Q**uia non est respectus morti eo-  
rum, & firmamentū in plaga eorum.

**I**n labore hominū non sunt & cū  
hominibus non flagellabuntur.

**I**deo tenuit eos superbia & opertia  
sunt iniquitate, & impietate sua.

**P**rodiit quasi ex adipe iniquitas  
eorū & traherūt in affectum cordis.

**C**ogitauerūt & locuti sunt nequi-  
tati iniquitatē in excelso locuti sūt.

**P**osuerūt in cœlum os suum & lin-  
gua eorum transiuit in terra.

**I**deo conuertentur populus meus  
hic & dies pleni inuenientur in eis.

**H**ec dixerūt, quomodo scit Deus &  
fret scientia in excelso?

**E**cce ipsi peccatores, & abundates  
in seculis obtinuerunt diuitias!

**E**t dixi, ergo sine causa iustifica-  
ui cor meum & lati inter innocē-  
tes manus meas.

**E**t fui flagellatus tota die & casti-  
gatio mea in matutinis.

**S**i dicebam narrabo sic ecce nati-  
onem filiorū tuorum reprobaui.

**E**xistimabam ut cognolcerē & hoc  
labor est ante me.

**D**onec intrem in sanctuariū Deit  
& intelligam in nouissimis eorū.

**V**erū tamen propter dolos posuisti  
eis & deiecisti eos, dum alleuatetur.

**Q**uomodo facti sunt in desolatio-  
nem, subito defecerunt & perierunt  
propter iniquitatem suam.

**V**elut sonnum surgētum domi-  
ne in ciuitate tua/imaginem ipso-  
rum ad nihilum rediges.

**Q**uia inflatum est cor meum  
& renes mei cōmutati sunt & ego  
ad nihilā redactus sum, & neisciui.

**V**tiumentum factus sum apud te  
& ego semper tecum.

**T**enuisti manū dexteram meā &  
in volūtate tua deduxisti mē & cū.

D vj

Die Mercurij

gloria suscepisti me.

**Q**uid enim mihi est in cœlo & à te quid volui super terram?

**D**efecit caro mea, & cor meum; Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.

**Q**uia ecce qui elongant se a te, peribunt; perdidisti omnes qui fornicantur abs te.

**M**ichi autem adhærere Deo bonū est; ponere in domino deo spē meā.

**V**er annūtiem omnes prædicatōnes tuas, in portis filię Sion. **Aña.**

**C**ogitauerunt impij, & locuti sunt nequitiam, iniquitatem in excelso locuti sunt. **Aña.** Exurge domine: & iudica causam meam. **Psal.**

**V**er quid Deus repulisti in finem? iratus est furor tuus super oves pascue tuę.

**M**emor esto congregationis tuæ: quam possedisti ab initio.

**R**edemisti virgā hereditatis tuæ: mons Sion in quo habitasti in eo.

**L**eua manus tuas in superbia eorum in finem; quāta malignatus est inimicus in sancto.

**E**t gloriati sunt qui oderunt te; in

IV G

**m**edio solennitatis tuę.

**P**osuerunt signa sui signa & non cognoverunt, sicut in exitu super summum.

**Q**uasi in sylua lignorū, securibus exciderūt ianuas eius in id ipsum in securi & ascia deiecerunt eam.

**I**ncenderunt igni sanctuarium tuō in terra & polluerunt tabernaculū nominis tui.

**D**iixerunt in corde suo, cognatio eorum simul & quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra.

**S**igna nostra non vidimus iam nō est propheta & nos non cognoscet amplius.

**V**isq; quo Deus improperabit inimicos; irritat aduersarius nomen tuum in finem?

**V**evidet autem auertis manū tuā & dexterā tuā; de medio sinu tuo in finē?

**D**eus autē rex noster ante sēcula; operatus est salutē in medio terræ.

**T**u cōfirmasti in virtute tua mare; contribulasti capita draconum in aquis.

**T**u cōfregisti capita draconis; dedisti eū escam populis Aethiopum.

**D**vij

**Dile Mercurij**

**T**u dirupisti fontes & torrétes, tu  
siccasti fluuios Etham.

**T**uus est dies, & tua est nox, tu fa-  
bricatus es auroram & solem.

**T**u fecisti omnes terminos terræ,  
estatem & ver, tu plas̄masti ea.

**M**emor esto huius, inimicus im-  
properauit domino, & populus in-  
sipiens incitauit nomen tuum.

**N**on tradas bestiis animas confité-  
tes tibi, & animas pauperum tuo-  
rum ne obliuiscaris in finem.

**R**espice in testamento tuum, quia  
repleti sunt qui obscurati sunt ter-  
ræ domibus iniquitatum.

**N**e auertatur humilis factus con-  
fusus, pauper & inops laudabunt  
nomen tuum.

**E**xurge deus, & iudica causam tuā;  
memor esto improprietū tuorum  
eorū, quæ ab incipiēte sunt tota die.

**N**e obliuiscaris voces inimicorum  
tuorum, superbia eorū, qui te odi-  
runt, ascendit semper. **A**men. Exur-  
ge domine, & iudica causam tuā.

**P**. Deus meus eripe me de manu  
peccatoris. **P**. Et de manu con-  
tra legem agéatis & iniqui. **Dicitur**

**IV. C.**

## Pater noster, &amp;c.

**Augustinus super psalmum fe-**  
**xagesimum tertium.** Lectio 4.

**E**xacuerunt tanquam gladiū sanguas suas, silij hominum dentes eorum, arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Quod dicit aliis psalmus, sic & hic. Exacuerunt tanquam gladiū linguas suas. Non dicant Iudei, non occidimus Christum. Propterea enim eum dederunt iudicii Pilato, ut quasi ipsi à morte eius viderentur immunes. Nam cum dixisset eis Pilatus, vos eum occidite, responderunt, Nobis non licet occidere quenquam. Iniquitatem facinoris tui in iudicem hominem refundere voluerat. Nō dicitur. Tu autem sed statim sequitur. **¶** Amicus meus osculi me tradidit signo: quem osculatus fuero, ipse est, tenete eum, hoc malum fecit signū, qui per osculū adimpleuit homicidiū. **¶** Infelix prætermisit pretiū sanguinis: & in fine laquo le suspendit. **¶** Bonū erat ei, si haec nō fuisset homo ille. **¶** **Preb.** Infelix.

Lectio 5.

**Die Mercurij.**

**S**ed nunquid Deū iuricem fallebat? Quod fecit Pilat<sup>9</sup>, in eo ipso quod fecit, aliquantum particeps fuit: sed in comparatione eorum, multo ipse innocentior. Instetit enim quātum potuit, ut illum ex eorū manibus liberaret. Nam proptereat flagellatū produxit ad eos. Non persequendo dominum flagellauit, sed illorum furorū satisfacere volens: ut vel sic iam mitescerent, & desinerent eum occidere, cum flagellatum viderent. Si reus Pilatus, quia flagellauit dominum inuitus: illi innocentes, qui coēgerunt ut faceret? Nullo modo. **Ref.** Vnus ex vobis tradet me hodie. Vē illi per quem tradare ego, bonū erate ei, si natus non fuisset. **\*.** Qui intingit mecum manū in paropside, hic me traditurus est. **Pre.** Vxalli. **Lectio. 6.**

**S**ed ille dixit in eum sententiam, & iussit eum crucifigi: & quasi ipse occidit, & vos o Iudei occidistis. Gladio linguae, Acuistis enim Jinguas vestras. Et quando percusstis nisi quando clamaistis, Cruci-

**taris natus.**

**Q**uoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me, dominus autem assumptit me.

**L**ege pone mihi domine in via tua, & dirige me in seminam rectam propter inimicos meos.

**N**e tradideris me in animas tribulantium me, quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.

**C**redo videre bona domini in terra viuentium.

**E**xpecta dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine dominum.

**A**n. Insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniuitas sibi.

**D**iviserunt sibi vestimenta mea.

**E**t super vestem meam miserunt sortem.

**Lamentatio prima. Sadech.**

**M**anum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius : quia videt gentes ingressas sanctuarium suum, de quibus praeceperat ne intrarent ecclesia tua. **Gaph.** Omnis populus eius gemens, & querens panem. Dederunt pretiosa quæque pro cibo, ad refocillandum animam.

F

**Die Veneris.**

Vide dñe, & considera, quoniā facta  
sumvilos. **Lamiech.** O vos ónes, qui  
transitis per via m̄, attendite, & vi-  
dete, si est dolor sicut dolor meus.  
**Quoniā** vindemiauit me, & loquu-  
tus est dñs in die furoris sui. **Mem.**  
De excelso misit ignem in ossibus  
meis, & erudiuit me. Expandit rete  
pedibus meis cōuertit me retrorsū.  
Posuit me desolatam tota die, m̄  
rore confectam. **Nun.** Vigilauit iu-  
gū iniquitatū mearum in manu ei⁹  
conuolutæ sunt, & impositæ collo  
meo. Infirmata est virtus mea: de-  
dit me dñs in manu, de qua nō po-  
tero surgere. **Sam.** Abstulit omnes  
magnificos meos dñs de mediomei:  
vocauit aduersū me tempus, ut con-  
tereret electos meos. Torcular cal-  
cauit dñs virginī filiæ Iuda. **Sedech.**  
Iustus dominus, quia os eius ad ira-  
cundiam p̄uocauit. Audite obsecro  
vniuerſi populi, & videte dolorē  
meū. Virgines meç, & iuuenes mei  
abierunt in captiuitatē. **Coph.** Vo-  
caui amicos meos, & ipsi deceperūt  
me. Sacerdotes mei, & sēnes mei in  
vrbe consumpi sunt: quia quæsie-

runt, cibum sibi, ut refocillaret animas suas. **R.** Vide dñe quoniā tribulor: conturbatus est venter me⁹. Subuersum est cor meum in me ipso: quoniā amaritudine plena sum. Foris interfecit gladius: & domi mors similis est. **Sy.** Audierūt quia ingemisco ego: & non est qui consoletur me. Omnes inimici mei audierūt malum meum: lætati sunt, quoniā tu fecisti. Adduxisti diē consolationis, & fiant similes mei. **Tau.** Ingrediatur omne malū eorū corā te, & deuindemia eos, sicut vinde-miasti me ppter iniquitates meas. Multi enim gemit⁹ mei, & cor meū mōrēs. Hierusalē, Hierusalē, cōuertere ad dñm Deū tuum. **R.** Oēs ami ci mei dereliquerūt me, & prēalue rūt insidiātes mihi tradidit me, quē diligebā, & terribilibus oculis plaga crudeli percutiēs. **Presa.** Aceto potabant me. versus. Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea. **Pret.** . **Aceto.** Lamentatio secunda. **Aleph.**

**Q**uomodo obtexit caligine in furore suo dñus filiam Sion,  
F ij

## Die Veneris

proiecit de cœlo in terrā inclitam  
Israël: & non est recordatus scabel-  
lum pedū suorū in die furoris sui?

**Beth** Præcipitauit dñs, nec peper-  
cit omnia speciosa Iacob: destruxit  
in furore suo munitiones virginis  
Iuda, & deiecit in terrā. Polluit reg-  
nū, & principes eius. **Guimel** Cō-  
fregit in ira furoris sui omne cornu  
Israël auertit retrorsum dexteram  
suā à facie inimici: & succēdit in Ia-  
cob quasi ignē flāmæ deuorantis in  
gyro. **Deleth**. Tētendit arcū suum  
quasi inimicus: firmauit dexteram  
suam quasi hostis: & occidit omne  
quod pulchrū erat valu in taberna-  
culo filiæ Sion: effudit quasi ignem  
indignationē suā. **He** Factus est do-  
minus velut inimicus: præcipitauit  
Israël. Præcipitauit omnia mœnia  
eius: dissipauit munitiones eius, &  
repleuit in filia Iuda humiliatū, &  
humiliatā. Hierusalē Hierusalē. **R.**  
Velū templi scissum est, & omnis  
terra tremuit. **ptla** Latro de cruce  
clamabat, dicēs, Meméto mei dñe,  
dū veneris in regnū tuū. **X** Amē di-  
co tibi, hodie mecū etis i paradise.

**ps.** Latro. Lamētatio tertia. Vati.

**E**t dissipauit quasi hōrtū tentoriū suū: demolitus est tabernaculum tuū. Oblivioni tradidit dñs in Sion festiuitatē & sabbatū, & in opprobriū, & in indignationē furoris sui regē, & sacerdotē. **Zai.** Repulit Dominus altare suū, maledixit sanctificationi suæ: tradidit in manus inimici muros curriū eius. Vocem dederūt in domo domini, sicut in die solēni. **Heth.** Cogitauit dñs dissipare murum filiæ Sion: tetédit funiculū suū, & non auertit manū suam à perditione. Luxitq; antemurale, & murus pariter dissipatus est. **Heth.** Defixæ sunt in terra portæ eius: perdidit, & cōtrivit vectes eius, regē eius, & principes eius in gētibus. Non est lex, & prophetæ eius non inuenerūt visionem a domino. **Ioth.** Sederūt in terra conticuerūt senes filiæ Sion: consperserūt cinere capita sua: accincti sunt cilicijs. Abiecerunt in terra capita sua virginis Hierusalem. **Caph.** Defecerūt præ lachrymis oculi mei: conturbati sunt vi-

F iij

**Die veneris.**

céra mea. Effusum est in terra lecur  
meū super contritionem filiæ pôpu  
li mei: cum deficeret pânuulus, & la  
Etens in plateis oppidi. Hierusalē,  
Hierusalem conuertere. **R.** Vinea  
mea electa, ego te plâtaui. **Presa.**  
Quomō cōuersa es in amaritudinē,  
vt me crucifigeres, & Barrabā dimit  
teres? **V.** Sepiui te, & lapides ele  
gi ex te, & edificaui turrim i medio  
tui. **P.** Quomodo. **R.** Vinea mea

**In secundo nocturno. Psalmus.**

**D**omine ne in furore tuo arguas  
me & neque in ira tua corripias  
me.

**Q**uoniam sagittæ tuæ infixæ sūt mîhi;  
& cōfirmasti super me manū tuā.

**N**on est sanitas in carne mea à fa  
ciæ iræ tuæ **I**nnon est pax ossibus me  
is à facie peccatorum meorum.

**Q**uoniam iniquitates meæ super  
gressæ sunt caput meum & sicut  
onus graue, grauatæ sunt super me.

**P**utruerunt, & corruptæ sunt ci  
catrices meæ & à facie insipientiæ  
meæ.

**M**iser factus sum, & curuatus sum  
vñq; in finem; tota die contrastatus

ingrediebar.

**Q**uoniam lúbi mei impleti sūt illusio nib⁹ / & nō est sanitas in carne mea.

**A**fflictus sum, & humiliatus sum nimis rugiebā à gemitu cordis mei.

**D**omine ante te omne desiderium meum / & gemitus meus à te nō est absconditus.

**C**or meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea / & lumen oculorum meorum : & ipsum non est mecum.

**A**mici mei, & proximi mei aduersari me appropinquauerūt, & steterūt  
**E**t qui iuxa me erant, de longe iterunt / & vim faciebant, qui querabant animam meam.

**E**t qui inquirebant mala mihi locis sunt vanitates / & dolos tota die meditabantur.

**E**go autem, tanquam surdus, non audiebam / & sicut mutus non appetiens os suum.

**E**t factus sum sicut homo non audiens: & non habens in ore suo regartiones.

**Q**uoniam in te domine sperauis tu exaudies me domine Deus meus.

F iiii

## Die Veneris

**Q**uia dixi, Nequādo supergaude-  
ant mihi inimici mei | & dū com-  
mouētur pedes mei, super me mag-  
na locuti sunt.

**Q**uoniam ego in flagella paratus  
sum | & dolor meus in conspectu  
meo semper.

**Q**uoniam iniquitatem meā annū-  
tiabos & cogitabo p̄ peccato meo.  
**I**nimici autem mei v. uōt, & cōfir-  
mati sunt super me & multiplicati  
sunt, qui oderunt me inique.

**Q**ui retribuūt mala pro bonis de-  
trahebant mihi quoniam seque-  
bar bonitatem.

**N**e derelinquas me domine Deus  
meus / ne discesseris a me.

**I**ntēde in adiutoriū meū / dñe De⁹  
salutaris meq. **Añ.** Vim faciebant,  
qui querebant animā meā. **Pial.**

**E**xpectans expectauī dominum;  
& intendit mihi

**E**t exaudiuit p̄ces meas; & eduxit  
me de lacu miserię; & de luto fēcis.

**E**t statuit supra petrā pedes meos;  
& direxit gressus meos.

**E**t immisit in os meum canticum  
nouum; carmen Deo nostro.

ri: da nobis misericordia peccatoribus,  
dignus eius meritis & intercessio-  
nibus, in tribulat:one aux:lium, in  
persecutione solatium, & in omni  
tempore contra pestem epidemiam &  
remediū, quaten⁹ possimus contra  
omnes diabolicas insidias viriliter  
dimicare, mundum & omnia quæ  
in eo sunt omnino despicer: super  
biam quoque & vanam gloriam  
cum omnib⁹ vitijs superare, & que  
a te iussa sunt recta intentione per-  
ficere. Per dominum nostrum.

**¶ Deinde Vicente Antiphona.**

**J**AM tibi charissime diuini verbi  
curam commiseram, nūc quicque  
pro fide qua astamus responsa cō-  
mitto. **X.** Corona aurea super ca-  
put eius. **B.** Expresso signo sancti-  
tatis.

**Oratio.**

**A**Ddesto domine supplicationib⁹  
nostris, ut qui ex iniustitate no-  
stra reos nos esse cognoscim⁹: bea-  
ti Vincentij martyris tui interces-  
sione liberemur. Per dñm nostrū,

**¶ Deinde Antonio, deponitorum.**

**S**I queris miracula, mors, error, ca-  
lamitas, demon, lepra, fugiunt:

I iiii

grī surgunt sani, Cedunt mare, vin-  
culi, membra, refq; perdite, petūt  
& accipiunt iuuenes & cani.

**V.** Pereunt pericula, cessat necessi-  
tatis, narrant hi qui sentiūt, dicant  
Paduani. **prela.** Cedūt mare. **Glo-**  
**ria patrii.** **priE.** Cedunt mare. **¶**  
**Ora pro nobis beatę Antoni.** **¶**  
Ut digni efficiamur promissioni-  
bus Christi. **Oratio.**

**E**cceletiam tuam Deus beati An-  
tonij confessoris tui solennitas  
votum letificet, ut spiritualib⁹ sem̄  
permuniatur auxilijs, & gaudijs  
perfici mereatur æternis. Per Chri-  
stum dominum nostrum.

**De sancto Blasio.**

**A**ve presul honestatis : martyr  
magnæ sanitatis: sancte Blasii  
vir laudande, toto orbe predican-  
de, & opere comprobande. Qui das  
lapsis relevamen, & infirmis das iu-  
uamen, tu pro nobis intercede, ut  
cœlestinos mercede, dicit Deus cū  
beatiss. regno suę claritatis. **¶** O-  
ra pro nobis beate Blasi. **¶** Ut di-  
gni efficiamur promissionibus Chri-  
sti. **Oratio.**

**D**eus qui per orationem beati Blasii martyris tui, atque pontificis, cunctis euldem memoriam facientibus, a quacumque tribulatione; infirmitate, seu aduersitate teneratur ~~tempore mortis~~, concede proprius, ut cuius memoriam agimus in terris, eodem praecante gloriani et sequamur in celis. Per dominum.

**De sancto Laurentio Antiphona.**

**L**euita Laurentius bonum opus operatus est, qui per signum crucis cecos illuminauit, & thelauros ecclesiæ dedit pauperibus. \* Po-  
suumi domine iuxte caput eius. **Ps.**  
Coronâ de lapide precioso. **Oratio.**

**D**a nobis quod omnipotens Deus vitiorum nostrorum flammam extingue, qui beato Laurentio martyri tuo tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Christum dominum nostrum.

**Oratio de sancta Anna.**

**C**eleste beneficium introiuit in Annam, per quam nobis nata est Maria virgo. \*. Ora pro nobis beata Anna. **Psalm.** Ut digni efficiamur promissionibus Christi. **Oratio.**



## Suffragia

**D**eus qui beatæ Annæ tantæ gratiam conferre dignatus es, quod beatissimam matrem tuam in suo gloriofissimo yterio portare meruist, da nobis per intercessionem matris & filiæ propiciatiōnis abundantiam, ut quārum cōmemorationem pio amore amplectimur, earum precibus ad cælestē patriā peruenire valeamus. Qui viuit &c.

## De sancta Katerina.

**G**aude virgo katerina, quā refulgit lax diuina, ter quatenus nobis. Gaude quod tua doctrina, philophos aruine, transisti erroribus. Gaude quia meruisti, confortari voce Christi, precibus diuinitus. Gaude quia cōuertisti, spoliam regis & vidiisti, rotas fractas cœlit⁹. Gaude ferta coronata & insynavaenerata, olli stillamine. Esto nobis aduocata, apud deū virgo grata in nostro certamine. Ora pro nobis sancta katerina. Ut digni. **Oratio.**

**D**eus qui dedisti legem Moysi in summitate montis Synai: & in eodem loco corpus beatæ katerinæ virginis & martyris tuæ, per lan-

**E**tos angelos tuos mirabiliter collocasti, presta q̄s ut eius præcibus & meritis ad mótem qui Christus est valeamus peruenire. Per eundem.

*De sancta Lucia. Antiphona.*

**R**ogati dñm meū Iesum Christum, vt ignis iste non dominetur mihi, & impetraui a dño inducias martyrij mei: vt credētibus timorem auferam paſſionis. **Ora** pro nobis beata Lucia. Ut digni efficiamur promiſſionibus. **Oratio.**

**E**xaudi nos De⁹ ſalutaris noster. vt ſicut de beatæ Luciæ virginis & martyris tuæ festiuitate gaudemus: ita pia deuotionis erudiamur affectu. Per dominum nostrum.

*Index in hoc libello contentorum.*

**T**abula festorum mobiliū n.

**C**alendariū cuī ſuis & bulleſitērē domini ecclioꝝ aurei numeri

**Quatuor euangelia.** **I**nvocatione sancte trinitatis. **O**ratio ebris a lectū. xiiii

**O**ratio cum ſurgis a lecto. iiii. tēm.

**O**ratio. S. Gregorij. **O**dōne ſvidemus

**P**ſalmus contra diuersos tribulationes. xv

**V**erbi ſancti Bernardi. xvi.

**O**fficiū conceptionis beati Mariæ. xvii.

**O**ratio pape pii 3. viam pacis. xviii.

**O**ratio ad deſtructiōnem Chrliti. xix.

Oratio sancti Anselmi / Domine deus	10.
Officium beate Marie	xxiiii.
Officium beate Marie a nativitate dominicae usq ad purificationem	C. lvi.
Missa beati Marie	C. lxiii.
Septem psalmi, entibus ales cum orationib- us et le anima	C. lxviii.
Officium mortuorum	C. lxxv.
Officium sancte Crucis.	CC. xiii.
Officium Spiritus Sancti.	CC. xxi.
Officium sancti Sacramentii	CC. xxv.
Canonicum graduatum	CC. xxxii.
Oratio ad beatam Mariam / Stab. i maa- ter	CC. xxvii.
Orat. ad imaginē Christi cōditos	CC. xxviii.
Oratio ad faciem domini.	CC. xxix.
Oratio venerabilis Eede.	CC. xxx.
Oratio in fine cuiuslibet operis	CC. xl.
Officium hebdomade Sancte scdm Ro. cur si. Quatuor passiones domini.	ri.
Oratio sancti Augustini duciſſimi.	re
Oratio sancti Aug. Deus propius	xcii.
Oratio de nomine Iesu.	xcii.
Oratio ad beatā virginem Obscurate. xciii.	
Alia oratio ad beatā virginem.	xcv.
Oratio devota ad virginem. In manu. xcvi.	
Sequuntur su. fregia sanctorum : et palmo de laeti. una Trinitate. fol. xcvii. Cum aliis plurimis sanctis. vique ad finem.	



CONIMBRICÆ.  
Excudebat Joannes Barterius,  
M. D. LXII,

Obra protegida por direitos de autor

Sal  
Gal  
Est  
Tab  
Nº